

multa perpetrassent ibidem, tandem mediante dilecto filio magistro Conrado de Marburch, predicatore verbi dei in Alamannia, inter vos amicabilem compositionem intercessit, quam ut apostolico dignemur munimine roborare, a nobis humiliter postulabas. Nos igitur tuis devotis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem iam dictam, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Datum Anagnie ii. nonas februarii, anno sexto.

## 484.

*Konrad, der jüngere Landgraf, verwilligt dem Kloster Spießkappel, wegen seiner schlechten Vermögenslage das Gut Leimsfeld und das Dorf Snegelbiz, welche innerhalb seiner Gerichtsbarkeit 10 gelegen sind, an weltliche Kolonen nach Waldrecht verpachten zu dürfen, und befreit letztere von einem Theil der Abgaben, behält sich aber die Landfolge vor. Homberg, 1233 Febr. 25.*

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg, sehr vermodert und lückenhaft. S., an Pergamentstreifen, verloren. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Wenck, Hess. Landesgesch. 3 Urk. 107.*

15

*Ann.: Die durch Moder entstandenen Lücken sind nach dem Drucke bei Wenck ergänzt. Einzelne Stellen konnten danach nicht ergänzt werden, weil die betr. Stellen schon zu Wencks Zeit nicht mehr zu lesen waren.*

C[onradus] dei gratia iunior Thuringie langravius cunctis hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam ea, que geruntur in tem[pore, procedente] | tempore sepe a memoria elabuntur, necesse est, ut, que fiunt in tempore, scripto et sigillorum 20 munimine et voce testium perennari(!). Quapropter [signifi]camus ei, que nunc est et que ventura est, generationi, quod dominus prepositus et conventus in Capella propter inopiam rerum et fratrum defectum [quibusdam] | curtibus suis ad plenum providere nequeunt in agricultura, ita ut fructum laboris sui percipiant. Unde dominus prepositus et conventus in [Capella com]municato consilio decreverunt, predium in Lumensfelt cum attinentiis et 25 villam in Snegelbiz cum suis attinentiis, que [libere usque ad hanc] horam possederunt, locare agricolis secularibus eo iure, quod dicitur waltret. Verum quia prefata bona in nostra iuris [dictione sunt locata, memoratus] prepositus et conventus in Capella super his exequendis nostrum humiliter expostularunt assensum. Nos vero ips[orum inclinati devotioni petitionem eorum] exaudientes presentem cedula[m] conscribi et sigilli nostri inpressione 30 fecimus communiri statuentes, ut eadem bona [et eorum] cultores [ab omni iure] pertinente comecie sint exempti et ab omni exactione liberi excepto novem denariis et quartali avene, quod [in nostri. . . .] prefatis denariis et avena nullus villicorum nostrorum in bonis iam sepius dictis vel eorum cultoribus plus extorq[ . . . .] provintie, que dicitur lantvolga, tenebuntur, cetera omnia in prefatis bonis dominus prepositus et conventus in Capella in 35 sua [voluntate] et utilitate. Si quis autem hanc nostram donationem ausu temerario turbare conatus fuerit vel infringere, sciat [se a nostra gratia . . . .] rationis alienari. Datum in Hohenbere anno gratie m̄. cc. xxxii., v. kal. martii. Testes: Gumpertus prepositus d[e Frislar. Folpertus et Menricus cano]nici eiusdem ecclesie. Adelpertus scriptor